mitiarum duos de duabus decimis
simile fermentate: quos coquetis
in primitias domini. Offeretisque cum
panibus septem agnos immaculatos
anniculos et uitulum de armento
unum. et arietes duos. et erunt
in holocaustum. cum libamentis
suis in odorem suauissimum domino.
Facietis et hyrcum pro peccato: duos-
que agnos anniculos hostias pacificorum.
Cumque eleuauerit eos sacerdos cum
panibus primitiarum coram domino:
cedent in usum eius. et uocabitis hunc
diem celeberrimum atque sanctissi-
mum. Omne opus seruile non facie-
tis in eo. legitimum sempiternum
erit in cunctis habitaculis et gene-
rationibus uestris. Postquam autem
messueritis segetem terre uestre non
secabitis eam usque ad solum. nec rema-
nentes spicas colligetis: sed pauperibus
et peregrinis dimittetis eas. ego do-
minus deus uester. LXXVIIII

XVI. Locutusque est dominus
ad moysen dicens. Loquere filiis
israel. Mense septimo prima die men-
sis erit uobis sabbatum memoria-
les clangentibus tubis: et uocabitur
sanctum. Omne opus seruile non
facietis in eo. et offeretis holocau-
stum domino. Omne opus non
facietis in tempore diei huius. Lo-
cutusque est dominus ad moysen
dicens. Decimo die mensis huius
septimi. dies expiationum erit
celeberrimus et uocabitur sanctus:
affligetisque animas uestras in eo
et offeretis holocaustum domi-
no. Omne opus non facietis in
tempore diei huius quia dies
propitiationis est: ut propitietur
uobis dominus deus uester. Omnis ani-
ma que afflicta non fuerit die hoc:
peribit de populis suis. Et que operis
quippiam fecerit: delebo eam de
populo suo. Nichil enim operis facie-
tis in eo. legitimum sempiternum
erit uobis in cunctis generationibus
uestris et habitationibus uestris: sabba-
tum requietionis est. Affligetis
animas uestras. Die autem nono mensis
a uespere usque ad uesperum: celebrabi-
tis sabbata uestra. Locutus est dominus
ad moysen dicens. Loquere filiis israel.
A quinto decimo die mensis huius
septimi: erunt ferie tabernaculorum
septem diebus domino. Dies primus
uocabitur celeberrimus atque sanctissi-
mus: omne opus seruile non facietis
in eo. et septem diebus offeretis ho-
locausta domino. Dies quoque octauus
erit celeberrimus atque sanctissimus:
et offeretis holocaustum domino. est
enim cetus atque collecte. omne opus ser-
uile non facietis in eo. Hee sunt ferie
domini quas uocabitis celeberrimas et
sanctissimas: offeretisque in eis oblatio-
nes domino. holocausta et libamen-
ta iuxta ritum uniuscuiusque diei:
exceptisque sabbatis donisque uestris. et que
offertis ex uoto uel que sponte tribu-
itis domino. A quinto decimo igitur die men-
sis septimi quando congregaueritis
omnes fructus terre: celebrabitis ferias
domini septem diebus. Die primo
et die octauo: erit sabbatum id est
requies. Sumetisque uobis die primo
fructus arboris pulcherrime: spatulas-
que palmarum, et ramos ligni densa-
rum frondium. et salices de torrente.

[illegible] Rechenschaft [illegible] pro Anno [illegible]

1552

et libamini coram domino deo uestro.
Celebrabitisque sollempnitatem eius
septem diebus per annum. legitimum
sempiternum erit uobis in genera
tionibus uestris. Mense septimo festa
celebrabitis: et habitabitis in umbra
culis septem diebus. Omnis qui de ge
nere israel est. manebit in tabernacu
lis ut discant posteri uestri. quod in ta
bernaculis habitare fecerim filios israel
cum educerem eos de terra egipti.
ego dominus deus uester. Locutusque est
moyses super sollempnitatibus domini
ad filios israel. Lxxx

Et locutus est dominus ad moy
sen dicens. Precipe filiis israel ut
afferant tibi oleum de oliuis puris
simum ac lucidum ad concinnandas
lucernas iugiter extra uelum testimo
nii in tabernaculo federis. Ponetque
eas aaron a uespere usque in mane coram
domino cultu rituque perpetuo in gene
rationibus uestris. Super candelabro mun
dissimo ponentur semper in conspectu
domini. Accipies quoque similam et
coques ex ea duodecim panes qui singu
li habebunt duas decimas: Quorum se
nos altrinsecus super mensam purissi
mam coram domino statues et po
nes super eos thus lucidissimum. ut
sit panis in monimentum oblatio
nis domini. Per singula sabbata mu
tabuntur coram domino. suscepti
a filiis israel federe sempiterno. Eruntque
aaron et filiorum eius. ut comedant
eos in loco sancto quia sanctum sanctorum est de
sacrificiis domini iure perpetuo.

Ecce autem egressus Lxxxi
filius mulieris israhelitis quem
pepererat de uiro egiptio inter filios
israel: iurgatus est in castris cum
uiro israhelite. Cumque blasphe
masset nomen domini et male
dixisset ei: adductus est ad moy
sen. Vocabatur autem mater eius sa
lumith: filia dabri de tribu dan.
Miseruntque eum in carcerem: do
nec nossent quid iuberet dominus.
Qui locutus est ad moysen dicens.
Educ blasphemum extra castra:
et ponant omnes qui audierunt
manus suas super caput eius: et la
pidet eum uniuersus populus. Et
ad filios loqueris. Homo qui male
dixerit deo suo: portabit peccatum
suum. Et qui blasphemauerit no
men domini morte moriatur:
Lapidibus opprimet eum omnis
multitudo populi. Siue ille ciuis.
seu peregrinus fuerit qui blasphema
uerit nomen domini: morte moria
tur. Lxxxii

Qui percusserit et occiderit
hominem morte moriatur.
Qui percusserit animal. reddat uica
rium id est animam pro anima. Qui
irrogauerit maculam cuilibet
ciuium sicut fecit sic fiet ei. Frac
turam pro fractura: oculum pro
oculo: dentem pro dente restituet.
Qualem inflixerit maculam: talem
sustinere cogetur. Qui percusserit
iumentum: reddet aliud. Qui per
cusserit hominem: punietur. Equum
iudicium sit inter uos. siue peregri
nus. siue ciuis peccauerit: quia
ego sum dominus deus uester. Locutus
que est moyses ad filios israel: et edux
erunt eum qui blasphemauerat
extra castra. ac lapidibus oppres

naculo federis. Prima die mensis
secundi anno altero egressionis eorum
ex egipto dicens. Tollite summam
uniuerse congregationis filiorum israel
per cognationes et domus suas et no
mina singulorum quicquid sexus est
masculini a uicesimo anno et supra.
omnium uirorum fortium ex israel.
Et numerabitis eos per turmas suas
tu et aaron. eruntque uobiscum prin
cipes tribuum. ac domorum in cognati
onibus suis. quorum ista sunt nomina.
De tribu ruben: elisur. filius sede
ur. De tribu symeon: salamihel
filius suris addai. De iuda: naasson
filius aminadab. De ysachar: natha
nahel filius suar. De zabulon: heli
ab filius helon. Filiorum autem ioseph:
De effraim helisama filius amiud:
De manasse gamaliel filius phada
sur. De beniamin: abidan filius ge
deonis. De dan: ahiezer filius amis
saddai. De aser: phegiel filius ocran.
De gad: eliasaph. filius duel. De
neptalim: ahira filius henan. Hii
nobilissimi principes multitudinis
per tribus et cognationes suas. et
capita exercitus israel: quos tulerunt
moyses et aaron cum omni uulgi
multitudine. Et congregauerunt
primo die mensis secundi. recensentes
eos per cognationes suas. et domos.
et familias. et capita. et nomina sin
gulorum a uicesimo anno et supra: si
cut constituit dominus moysi. Nu
meratique sunt in deserto synai. De
ruben primogenito israelis per ge
nerationes ac familias ac domos
suas. et nomina capitum singulorum
omne quod sexus est masculini a ui
cesimo anno et supra. procedentium
ad bellum: quadraginta sex milia quin
genti. De filiis symeon per generationes
et familias ac domus cognationum
suarum. recensiti sunt per nomina et
capita singulorum. omne quod sexus est
masculini a uicesimo anno et supra
procedentium ad bellum: quadragin
ta nouem milia trecenti. De filiis gad.
per generationes et familias. ac domus
cognationum suarum recensiti sunt
per nomina singulorum a uiginti annis
et supra. omnes qui ad bella procederent:
quadraginta quinque milia. sexcenti
quinquaginta. De filiis iuda. per generati
ones ac familias ac domus cognationum
suarum. per nomina singulorum a uicesi
mo anno et supra. omnes qui poterant
ad bella procedere. recensiti sunt sep
tuaginta quattuor milia sexcenti. De
filiis ysachar. per generationes suas et
familias ac domus cognationum su
arum. per nomina singulorum a uicesimo
anno et supra omnes qui ad bella proce
derent recensiti sunt quinquaginta
quattuor milia. cccc. De filiis zabulon.
per generationes et familias ac domus
cognationum suarum recensiti sunt
per nomina singulorum a uicesimo anno
et supra omnes qui poterant ad bella pro
cedere quinquaginta septem milia. cccc.
De filiis ioseph. filiorum effraim. per gene
rationes et familias ac domus cognatio
num suarum recensiti sunt per nomina
singulorum a uicesimo anno et supra omnes
qui poterant ad bella procedere: qua
draginta milia quingenti. Porro filiorum
manasse per generationes et familias
ac domus cognationum suarum re
censiti sunt per nomina singulorum

a uiceſimo anno et ſupra omnes qui
poterant ad bella procedere: triginta
duo milia ducenti. De filiis beniamin
per generationes et familias ac domus
cognationum ſuarum recenſiti ſunt
nominibus ſingulorum a uiceſimo an
no et ſupra omnes qui poterant ad bel
la procedere: triginta quinque milia
quadringenti. De filiis dan per generati
ones et familias ac domus cognationum
ſuarum recenſiti ſunt nominibus ſin
gulorum a uiceſimo anno et ſupra omnes
qui poterant ad bella procedere: ſexa
ginta duo milia ſeptingenti. De filiis
aser per generationes et familias ac do
mus cognationum ſuarum recenſiti
ſunt per nomina ſingulorum a uiceſimo
anno et ſupra omnes qui poterant ad bel
la procedere: quadraginta milia et mil
le quingenti. De filiis neptalim per ge
nerationes et familias ac domus cog
nationum ſuarum recenſiti ſunt no
minibus ſingulorum a uiceſimo anno
et ſupra omnes qui poterant ad bella
procedere: quinquaginta tria milia
quadringenti. Hii ſunt quos numera
uerunt moyſes et aaron. et duodecim
principes iſrael ſingulos per domus cogna
tionum ſuarum. Fueruntque omnes filiorum
per domus et familias ſuas a uiceſimo
anno et ſupra qui poterant ad bella
procedere: ſexcenta tria milia uirorum
quingenti quinquaginta. Leuite autem
in tribu familiarum ſuarum non ſunt
numerati cum eis. II
Locutuſque eſt dominus ad moyſen
dicens. Singuli tribum leui noli nu
merare neque ponas ſummam eorum cum
filiis iſrael. ſed conſtitue ſuper tabernacu
lum teſtimonii cuncta uaſa eius et

quicquid ad cerimonias pertinet
ipſi portabunt tabernaculum et
omnia utenſilia eius. et erunt in
miniſterio. ac per gyrum tabernacu
li metabuntur. Cum proficiſcendum
fuerit deponent leuite tabernacu
lum: cum caſtra metanda erigent.
Quiſquis externorum acceſſerit occi
detur. Metabuntur autem caſtra
filii iſrael uniuſquiſque per turmas
et cuneos atque exercitum ſuum.
Porro leuite per gyrum tabernaculi
figent tentoria ne fiat indignatio
ſuper multitudinem filiorum iſrael. et ex
cubabunt in cuſtodiis tabernaculi
teſtimonii. Fecerunt ergo filii iſrael
iuxta omnia que preceperat dominus
moyſi. III
Locutuſque eſt dominus ad moy
ſen et aaron dicens. Singuli per turmas
ſigna atque uexilla et domus cogna
tionum ſuarum caſtra metabuntur
filii iſrael per gyrum tabernaculi fe
deris. Ad orientem iudas figet ten
toria per turmas exercitus ſui. erit
princeps filiorum eius naaſon filius
aminadab. et omnis de ſtirpe eius ſum
ma pugnantium ſeptuaginta quatu
or milia ſexcenti. Iuxta eum caſtra
metati ſunt. De tribu yſachar quorum
princeps fuit nathanael filius ſuar.
et omnis numerus pugnatorum eius
quinquaginta quattuor milia. cccc. quadringenti
In tribu zabulon princeps fuit eli
ab filius helon. omnis de ſtirpe eius
exercitus pugnatorum quinquaginta
ſeptem milia. cccc. Vniuerſi qui in
caſtris iude annumerati ſunt. fue
runt centum octoginta ſex milia
quadringenti. et per turmas ſuas